KAROLI CALVI
ET SVCCESSORVM
aliquot Franciæ regum
CAPITVLA

IN DIVERSIS SYNODIS AC placitis generalibus edita.

DE LA

IACOBVS SIRMONDVS Societ. IESV Preſbyter in vnum collegit, Notiſque illuſtrauit.

De la Libreria de este Coll.º de Sola

PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, viâ Iacobæâ, ſub Ciconijs.

M. DC. XXIII.

Cum Priuilegio, & Approbatione.

LVDOVICO XIII. REGI CHRISTIANISSIMO.

TENVE quidem, & mole ſua exiguum, Rex optime, ſed regium tamen, tibíque niſi gratiam culpa noſtra deterat, non aſpernandum Majeſtati tuæ munus offero, Regis inter Francorum olim reges non obſcuri breuem legum, publicarúmque actionum pene omnium Commentarium. Nec me latet, ſummorum princi-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

IACOBI SIRMONDI SOC. IESV PRESB. NOTÆ AD CAROLI CALVI REGIS CAPITVLA.

I.

Conuentus in villa Colonia.

IN VILLA COLONIA] Titulo VI. apud Sparnacum, & Tit. XV. apud Bonoilum. Ex præfatione Synodi Meldenſis liquet actum fuiſſe hunc conuentum, cùm Rex Karolus à Redonis ciuitate reuerteretur. Quare villam Coloniam veriſimile eſt illam dici, quæ in eo itinere ſita eſt non procul à mœnibus Cenomannorum. de qua & Aueſgandi Epiſcopi literæ pro monaſterio S. Vincentij: *In villa quæ dicitur Colonia terram quam tenuit Hildebertus, cum ſilua quæ vocatur Broilus,* &c. v. *Couleines.* Pag. 3.

cia Eccleſia, cogatur perſoluere auri libram I. argenti pondera XII. multa ſuſtineat, & quod repetit non euindicet. Et vt hæc ingenuitatis chartula in omnibus firmior ſit, manibus proprijs ſubter eam firmauimus, & qui ſubſcriberent vel ſignarent in præſenti rogauimus ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die Iduum menſis Iunij, in prædicta Eccleſia S. Vitoni, vbi corpus Ladonis ſepultum eſt, anno XI. regnante Ottone rege, filio Heinrici regis, in regno quondam Lotharij iunioris. Signum Amalrici diaconi, qui hanc ingenuitatis chartulam fieri & firmari rogauit. Iſti ſunt teſtes. Adelardus, Albricus, item Albricus, Anſelmus, Raynboldus, Robertus, Dominicus, Flocherus, Berardus abba, Heiroaldus diaconus, Blicherus diaconus, Berterus preſbyter caluus. Saroardus preſbyter & Cancellarius ſcripſi & ſubſcripſi.

FINIS.

CAROLI CALVI
FRANCORVM
REGIS ET IMP.
CAPITVLA
IN DIVERSIS SYNODIS ac placitis generalibus edita.

I.

Conuentus in villa Colonia.

CAPITVLA QVÆ ACTA ſunt anno IV. *regni domni Karoli glorioſi regis, domni Hludouuici Imperatoris filij, in conuentu habito in villa quæ dicitur* Colonia. *quæ etiam ſubſcriptione eiuſdem Principis & Epiſcoporum, ac ceterorum fidelium Dei confirmata fuere, conſenſu VVarini, & aliorum optimatum, Indictione* VI.

SANCTA Eccleſia nauis more, vt de prioribus ſæculis taceamus, ab initio ſuæ inſtitutionis pelagus ſæculi huius diuerſa qualitate hactenus Domino moderante tranſegit: & a modo tranquillitate grauis, a modo autem procellæ alicuius tempeſtate concuſ-

CAROLI CALVI,

ET

LVDOVICI EIVS FILII,

REGVM FRANCORVM

CONSECRATIO, SEV CORONATIO.

ITEM REGINARVM IVDITH FILIÆ, ET HERMINTRVDIS CONIVGIS CAROLI EIVSDEM.

I.

Caroli Calui, quando in regno Lotharij coronatus eſt.

ORDO QVALITER KAROLVS rex fuit coronatus in Mettis ciuitate, anno DCCCLXIX. *in menſe Septembr.* V. *Idus Septembr. quæ euenit die Veneris, cum iſtis Epiſcopis. videlicet Hincmaro Archiepiſcopo, Aduentio, Hattone, Arnulfo, Francone, Hincmaro, & Odone. quando quondam rex Hlotharius, filius Hlotharij Imperatoris, fuit mortuus in Placentia ciuitate.*

Adnuntiatio Aduentij Epiſcopi ante initium Miſſæ, in Eccleſia S. Stephani, coram Rege, & Epiſcopis, & alijs quamplurimis.

VOs ſcitis, & multis in plurimis regnis eſt cognitum, quantos & quales euentus tempore ſenioris noſtri, quem hactenus habuimus, &c. *vſque* deuota mente ſuſcipere. *vt ſupra pag.* 371.